

Quot accidunt Pronomini?

Tria: Significatio, Genus & Declinatio.

SIGNIFICATIO.

Quot sunt Significationes Pronominum.

Sex: Demonstrativa, Relativa, Reciproca, Interrogativa, Possessiva & Gentilis.

Recense ordine.

Pronomina Demonstrativa sunt: *Ego, tu, hic iste, ille.*

Relativa sunt: *Ille, ipse, is, qui.*

Reciproca sunt: *Sui & suus.*

Interrogativa sunt: *Quis vel Qui, cuius & cujus.*

Possessiva sunt: *Meus, tuus, suus, noster, vester.*

Gentilia: *Nostrâs & vestrâs.*

GENUS.

Quot sunt Genera Pronominum?

Quatuor: Masculinum, Fœmininum, Neutrum & Omne.

Regula.

Ego, Tu, Sui, sunt Substantiva generis Omnis.

Nostrâs, vestrâs, cujâs, sunt Adjectiva unius terminationis, & generis Omnis.

Reliqua